

8

**GENITICON;**  
*SIVE*  
**FATUM & VOTUM**  
*E*  
**Nominibus deductum.**

ORDINUM  
de  
EQUITE PAULO RITTER

**ILLUSTRISSIMO  
EXCELLENTISSIMO** <sup>q̄<sub>3</sub></sup>  
**DOMINO, DOMINO**

**ALEXANDRO**

**COMITI**

**KAROLIO**

de Nagy Karolly,

Comitatûs Szattmarini supremo  
Comiti,

*Sac. Cæs. Reg. Majest.*

**CONSILIARIO, CAMERARIO,**

Generalis Campi Mareschalli

**LOCUM TENENTI &c.**

noVIshonor**lbVs** per Cæsare**M** De**Corato**

**OBLATUM**

ab

**EQUITE PAULO RITTER.**

PROGRAMMA.

ALEXANDER COMES  
CAROLIUS.

ANAGRAMMATA.

CAROLE; COELIS REX AMANDUS.

ARMIS EXCOLAR, EN DECUS ALO.

AMOR, DECOR, LAUS, IN EXCELSA.

EXCELLAS DECOR, ARMIS OVAN.

ORNARE SAECLO DUX AC MILES.

EXEGESIS.

**P**ondere, mensura, numero DEUS omnia fecit.  
Nec finit ullius nomen inane rei.

Nominibus Tituloque Tuo sic multa recondit,  
Fortunæ & Genio congrua, Fata, tuo.

Proditur his Genius; *Regem* qui ritè colendum  
Sentit, ut à summo *Carolus* adesse Deo.

Vis Hominum sacras dispensat nulla Coronas;  
Proveniunt istæ non nisi dante Deo.

Pectore *alis Decus*, & vis esse *per arma colendus*:

Nulla alia majus prodit ab Arte decus.

Hinc charus Superis *Amor*, invitaris ab illis:

Ut *Decor excellas*, VIR generose, novum;

*Dux* simul & *Miles saclo exorneris* in omni:

Omni de adversis tempore Victor *ovans*.

Magnanimis nil, nosco, Viris pretiosius esse:

Quàm capere æternum dura *per arma Decus*.

Hinc, cùm Vota tuis adscripsero congrua Fatis,

Me quodvis punctum ritè tulisse puto.

Ergo agesis, CAROLUM felix cole, CAROLY,

*Regem.*

Hunc *Regem* superi constituère *Dii*.

Hinc *Amor excellas*, *Decor & Laus*; Hoste subacto,

Semper *ovans Dux & Miles in æva* vige.

Nomine ALEXANDRI dignum quem Facta probabunt,

Æterno cultum Fata Decore dabunt.

